



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 15. Lessii, & Hamelii Jesuitarum doctrina de gratia, & Prædestinatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1587.

fus Culmensi jungebatur : hoc itaque munere Vigandus duodecim annis defunctus inter cetera opuscula elucubravit tractatum de imagine Dei in hominibus, atque alium de libero arbitrio hominis, necnon de legibus divinis, præter explicationes in Genesim, & methodum *de abstracto theologico*, ac denique opusculum de illustribus Ecclesie Viris.

§. XV.

*Lessii, & Hamelii Jesuitarum doctrina de gratia, & Prædestinatione.*

*Fast. Academ. Lovan.*  
*p. 372.*

Postquam Facultatis Theologicæ explicatio Lovanii prodierat, cunctique Doctores sese eidem subjecerant, pax in Universitate tam firmiter stabilita credebatur, ut nihil ultra eam imposterum turbare posse videretur : at eodem tempore duo Jesuitæ Theologi Lessius, & Hamelius insurgent, qui nova sua doctrina de gratia, & Prædestinatione cunctas altercationes rursus innovabant, imo & vehementiores, quam antea, dissensionum flammam accendebant. Porro Lessius Antverpiæ die prima Octobris Anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto in Brechtanensi Parochia natus Jesuitarum instituto anno Christi mille-

millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, ætatis vero suæ decimo octavo nomen dedit, atque in Duacensi urbe disciplinis Theologicis vacare cœpit. Refert ex eadem Societate Scriptor quidam, qui Lessii vitam composuerat, quod is aliquando, quasnam opiniones amplecteretur, valde dubius Suarefium ejusdem Societatis Virum confu- luerit, atque illius consilio ab omni anxietate liberatus fuerit. Ceterum Lessius Vir erat morum integritate insignis, sibimetipsum austerus, ac solida pietate clarus, cum autem unacum Hamelio socio suo anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo quinto Theologiam professus Lovanium veniret, anno sequenti novas propositiones de Scriptura sacra, de Providentia, Prædestinatione, Reprobatione, Gratia, ac justificatione in publicis lectionibus docere cœpit, eo fine, ut doctrinam articulis a Pio V. nupero diplomate damnatis oppositam propugnaret.

## §. XVI.

*Nova hæc doctrina Lovaniensis Theologica Facultatis jussu examinata.*

Equidem Lessii doctrina Baji erroribus plurimum opposita videtur, cum

Sæcul. XVI.  
A.C. 1587.